Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ihesu mater eius & soror matris eius
maria cleophe & maria magdalene
Cum uidisset ergo ihesus matrem
et discipulum stantem quem diligebat
dicit matri sue. Mulier ecce filius tu
De inde dicit discipulo. Ecce mater
tua. Et ex illa hora. accepit eam dis
cipulus in suam. Postea sciens ihe
sus quia iam omnia consummata sunt
ut consummaretur scriptura dicit. Sitio
Vas ergo positum erat aceto plenum
Illi autem spongiam plenam aceto ysso
po circumponentes obtulerunt ori
eius. Cum ergo accepisset ihesus a
cetum dixit. Consummatum e. Et
inclinato capite tradidit spiritum. Iu
dei ergo quoniam parasceue erat ut
non remanerent in cruce corpora in die
sabbati. Erat enim magnus dies ille
sabbati. rogauit pylatum ut frange
rentur eorum crura & tollerentur. Ve
nerunt ergo milites & primo fregerunt
crura. et altius qui crucifixus est cum
eo. Ad ihesum autem cum uenissent u
iderunt eum iam mortuum non frege
runt eius crura. sed unus militum
lancea latus eius aperuit & continuo
exiuit sanguis et aqua. Et qui uid
testimonium phibuit & uerum e testi
monium eius. Et ille scit quia uera
dicit. ut et uos credatis. facta sunt
enim hec ut scriptura impleretur. Os
non comminuetis ex eo. Et iterum alia
scriptura dicit. Videbunt in quem
transfixerunt. Post hec autem
rogauit pylatum ioseph ab arima
thia eo quod esset discipulus ihe
su. occultus autem propter metum iudeorum
ut tolleret corpus ihesu. Et pun
sit pylatus. Venit ergo et tulit
corpus ihesu. Venit autem & nicho
demus qui uenerat ad ihesum
nocte primum ferens mixturam
mirre. et aloes quasi libras centum.
Acceperunt ergo corpus ihesu et
ligauerunt eum linteis cum aro
matibus sicut mos est iudeis sepe
lire. Erat autem in loco ubi crucifixus
est ihesus. ortus. et in orto monu
mentum nouum. in quo nondum
quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter
parasceuen iudeorum. quia iuxta erat
monumentum posuerunt ihesum.

XX

Mia autem
sabbati. Maria magdalene
uenit mane cum adhuc te
nebre essent ad monumentum. et
uidit lapidem sublatum a monu
mento. Cucurrit ergo et uenit ad
symonem petrum & ad alium dis
cipulum quem amabat ihesus &
dicit eis. Tulerunt dominum meum
de monumento. et nescio ubi posue
runt eum. Exiuit ergo petrus et
ille alius discipulus. & uenerunt
ad monumentum. Currebant au
tem duo simul. & ille alius discipulus
precurrit citius petro. & uenit
prior ad monumentum. Et cum se
inclinasset uidit posita linteamina
non tamen introuit. Venit ergo
symon petrus sequens eum. & in
trauit in monumentum et uidit
linteamina posita et sudarium
quod fuerat sup capud eius non
cum linteaminibus positum sed